Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Donum lacrimarum. 172

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

ſet IGNATIVS: modeſtè id ſibi donum dictitabat conceſſum, miſeriis ſuis leuandis; velut, quem anni morbiq́ue ad cetera fractum adepti ſolis precibus idoneum reliquerint. Sacris inauguratus, cum ſtatas Eccleſiæ preces diceret, vberrimis lacrimarum gaudiis captus, ad verba pænè ſingula conſiſtere, atque ex interuallo interiungere cogebatur. 17 E2oq; lacrimãdi vſu iacturã pæne oculorum fecit. Sed pluris tamen cẽſuit, delicias cæleſtes retinere, q̃ oculorum cõmodis parcere. Donec medicorum cõſilio, ne valetudinem planè peſſum daret, obtinuit à Numine ius in lacrimas cũ laxãdas, tum coercẽdas; nullo diſpẽdio ſuauitatis. Quoties grauius rei momẽtum ſuberat, nunquã eſt ſolitus decernere, quibuſuis rationibus duceretur; niſi de ſumma re ad Deũ prius retuliſſet.

173 Ho-